

chrum quàm cenotaphium sub se comprehendens ; Posteriori  
communem cum cenotaphio, distinctam tamen à sepulchro ha-  
bet naturam. Uti sapissimè in jure nostro usu venire solet, u-  
num vocabulum duas suscipere significationes, ad quod confir-  
mandum vel solam hinc adduxisse sufficiat adoptionem. Sepul-  
chrum autem à monumento in specie sic dicto seu cenotaphio  
differre egregiè corroborat *Florentinus in l. 42. π. de Religios. &  
sumt. fun. Monumentum generaliter esse rem memoriae causâ imposter-  
rum proditam, in qua si corpus, vel reliquiae inferantur, fiet sepul-  
chrum: si verò nihil eorum inferatur, erit monumentum memoriae  
causa factum, quod Graeci νεοτάκιον i. e. inane appellant.* Non  
suâ destituta est subtilitate hæc Florentini sententia. A qua di-  
versus non est *Ulpianus in l. 2. §. 5. & 6. π. eod.* apertissimè monu-  
mentum in specie sic dictum sepulchro contradistingvens. D.  
etiam *Hadrianus in l. 37. §. 1. π. d. t.* rescripto monumentum à se-  
pulchro discriminat, monumentum sepulchri id esse constitu-  
ens, quod causa muniendi eius loci factum est, in quo corpus im-  
positum sit. Omnem plenius scrupulum cuiusque emergen-  
tem eximent ipsæ inscriptiones titulive monumentorum. Quorum  
mentionem faciunt *Alexander in l. 6. & Gordianus in l. 7. C. d. t.* In  
illis Veteres prudentissimi non modò spatium vitæ illorum, quo-  
rum corpora tumulis recondita jacent, accurratè ad calculos  
revocare, & annorum, mensium dierumque numerum, quem  
assecuti sunt defuncti, impingere consuevere; Sed statuas etiam,  
imagines columnas, pyramides ipsis super imposuere, quibus  
virtutes demortuorum & merita perenni sic factâ commemo-  
ratione ad posteros propagari, & ab oblivione vindicari existima-  
bant. Nullus itaque dubito, quin D. Andrianus loc. all. verba  
illa, *si ampulum quid edificari jufferit, veluti in circum porticationes,*  
de monumento tantum intellecta voluerit. Hæc enim de sepul-  
chro qui prædicare velit, juris nostri non satis rectè percepisse  
putarim mentem, cum sepulchrū non denotet rē memoriæ cau-  
sâ exstructam, sed ipsum in quem corpus aut ossa humana illata  
sunt locum. Hunc elegantissimè *Ulpianus in l. 1. §. ult. π. de  
alim. & cibar. legat.* vocat *Sarcophagum*, quem *ἀπό τῆς σαρκὸς* car-  
ne & *φάγω* edo, deductum *Plinius l. 2. c. 96.* appellat lapidem, in  
quo condita corpora quadagesimo die absumuntur exceptis  
denti-